Posnanien relicta vidua, sororis vero Sua, quod cum non ita pridem praefatus Conradus Rijd Torunij e vita excessisset condito vitae testamento, quo eidem consorti suae bona mobilia dono, immobilium vero usumfructum ad extrema vitae tempora concessit, et propinquis suis satis luculentas donationes assignavit; inquietari eam tamen a quibusdam ~~eisdem~~ eiusdem Conradi Rijd propinquis in possessione bonorum turbari. Cum vero ostensum nobis sit, eam iustum praetextum portionis suae ex testamento mariti sui habere, neque fas sit quemquam ante possessione deturbari, quam iure sit victus: Ideo Fid. Vrae Seriò Mandamus ut eandem Agnetem Rijdowa in bonorum mariti tam mobilium quam immobilium pacifica possessione neque ipsa turbent, neque quenquam turbare permittant. Sed si quispiam iuris aliquid prae iure ipsius viduae praetendit, eo nomine iuris ordine eam conveniat, et per sententiam legitimi Judicij ius suum vindicet. Pro gratia nostra officiique sui debito secus non facient. In cuius etc.

Litera occlusa

Zygmunt z Kasl etc.

Sławny wiernie nam mily. w sprawie Piotra Bieniewskiego nagwałcie w Warszewie poijmanego za odesłaniem iej do nas pro informatione, uczyniliśmy dekrets nas na oboistronie tego uczinku. iednak iż then Bieniewskij nietak enormiter wijstapil, abij bes milosierdzia karan byc miał iest zdanie nase, abyście przeczytawszij mu dekrets nasz do laskawszego karania zniżić zechcieli, wolą naszą iesli sie Pan kto zapise, że sie z warsawij wijprawda ij więcej tam bijwać niebendzie: takze o pokoij wszelaki na kazdijm mieijscu tak miastu iako ij obijwatelom mieijskim etc.

Cessio stationis

Sigismundus etc. Tenendo etc.

Quod coram nobis et Actis Cancellariae nrae constitutus personaliter Nob. Joannes Scherbich recedendo a quavis iurisditione sua propria et competenti, et sequo ad actum praesentem huic nostrae iurisditioni subijciens, de speciali consensu et voluntate nostra ultro libereque recognovit et verbis disertis